

LXI.

P. P. VERGERIO A GIOVANNI DA BOLOGNA ^(a) (1).

[B, c. 4 B; C, c. 258 B; R, c. 78; G, c. 131 B; V, 3330, c. 129 B].

Padova,
16 settembre 1395.

È angosciato dalla pestilenza che fa strage nell'Istria, ove tutti i suoi cari sono in pericolo di morte.

Sperava che Giovanni avrebbe abbandonato Muggia, ma ha ora sentito che i cittadini gli proibiscono di lasciarli, quasi egli potesse trovar un rimedio per il morbo insanabile.

Esprime il suo rincrescimento di tale stato di cose,

e lo esorta ad aver cura di sé e a metter in salvo la famiglia. Al primo apparir della peste a Padova, ei pure fuggirà.

Lamenta la povertà de' genitori, costretti a rimaner

5 **D**IFFICILI atque adeo egro animo sum iandudum, ut nequeam
 ipsi michi usquequaque temperare; ita me urget patrie calamitas et rerum nostrarum gravis status. scio enim carissimorum parentum, strictissimorum agnatorum, dulcissimorum sodalium atque amicorum salutem vitamque ex presenti celorum intemperie incertas esse; scio te, qui es michi luce carior, eisdem casibus ac
 10 periculis obnoxium esse, nec, quando ad quenquam ex vobis scribo, satis scio viventemne an mortuum interpellam ^(b). nova quotidie funera audio, novos luctus, quibus non urgeri non possum neque plane continere dolorem. sperabam te propediem huc venturum; ita enim pollicitus michi videbare; aut alio quoquam iturum, dum
 15 tamen ibi non esses. quod ne faceres, e concivibus tuis te prohibitum accepi, negantibus convenire ut, quibuscum in tempore leto vixeris, in adverso se deseras, quasi tu sis qui morbos istos exitiales curare possis et non ita emori sicuti quivis indoctus. verum utrumque michi molestum est, et quod periculo subsis et cogi possis.
 20 nam et imminere morbos quibus nullo consulere medicamento queas, et eius esse urbis civem, unde non liceat abire cum velis, utraque res gravis et periculosa est. sed in his nichil ego te aut re aut consilio iuvare possum. pars tamen salutis fuerit, si curabis ut valeas, et familiam omnem, cui nichil interdictum est, amoveas. ego
 25 consulto decrevi, ut, etsi quam humiliter serviendum sit, tamen hinc abeam, ubi primum isthec pestifera contagio huc evaserit. parentes mei, ut plerique, ex angustia rei domestice abire inde non possunt. quanquam, o Deus, quid dixi angustiam, et non potius

(a) B P. P. V. Ioanni Bononiensi - C senza titolo. RG P. P. V. Ioanni de Bononia phisico

(b) CGV Intemperie incertas esse, nec quando ad quemquam ex vobis scribo scio te qui es mihi luce carior eisdem casibus ac periculis obnoxium esse, satis scio viventem an mortuum interpellam G in marg.: « Verba signata [qui «spazieggiate» desunt in CP». B pure ha interpellam

(1) Per la data di questa lettera cf. la nota all'epist. LVIII, p. 131.